

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

26. De quinque sensibus exterioribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

**MEDITATIO XXVI.***Circa quinque sensus exteriores.***PVNCTVM PRIMVM.****1.**  
**Visus.**

**Q**uomodo circa eos peccaverim, i. *Visu*, obiectando me sine discrimine, quorumvis aspectu, vanitatis aut curiositatis, aut etiam sensualitatis causâ, nec cavendo noxia. In modo etiam, subliimes aut vagos oculos circumferendo, in quibus maximè enitet modestia.

**2.**  
**Auditus.**

**A**uditu, patulas præbendo aures quibusvis sermonibus otiosis, vanis, scurrilibus, & nominatim detractoriis: contra verò, averlando pios sermones, monitaque salutaria.

**Odoratus,**  
**Gustus.**  
**Tactus.**

**D**eodoratu, gustu & tactu dictum est circa peccata gulæ, & luxuriæ, sicut & de peccatis linguae in præcedentibus, quæ varia sunt, in Deum aut proximum. Lingua enim, teste Iacobu, est universitas iniquitatis; & ignis inflamas rotam nativitatis nostræ, hoc est universam vitæ propriæ periodum.

**Iac. 3. 6.**

Sed & ex circumstantiis peccatur lingua, cum verba à conditione statûs abhorrent, vel loco, aut tempore indebito, vel contra peculiarem regulam silentii religiosi. Huc spectare possunt motus corporis, gestusque immodesti, nam, teste Sapiente: *Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.*

**Ecl. 19  
17.****PUNCTUM II.**

**D**amna ex incustodia sensuum. Nam, ut ait Propheta: *Ascendit mors per fenestras nostras.*

*Circa quinque Sensus exter.* 109

stras. Et *Oculus meus deprædatus est animā meā.* *Thre. 3.*  
Sic Eva decepta, Dina oppressa, David expu-<sup>51.</sup>  
gnatus, & est tanquam urbs patens absque muro- *Prov. 25.*  
rum ambitu, quæ facilè capitur. Deinde per sen-<sup>28.</sup>  
sus invadunt animam in ille rerum phantasmatum;  
quæ passiones appetitus comovent, & quando  
non aliud, certè confundunt interiorem ho-  
minem, ut colligere se nequeat, & tandem  
exire foras, & evagari ipsum etiam cogunt.  
*Propter hoc prohibiti sunt cœli ne darent rorem,* &<sup>Agg. 1.</sup>  
*terra prohibita est, ne daret germen suum.* Priva-<sup>10.</sup>  
tur talis anima cœlesti influxu, redditurque in-  
fœcunda & sterilis.

Aptè huic conuenit illud: *Vas, quod non ha-* *Num. 19.*  
*buerit operculum, nec ligaturam desuper, im-* <sup>15.</sup>  
*mundum erit.*

Ergo audi consilium bonum: *Sepiaures tuas*  
*spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo* *Ecol. 28.*  
*facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne* <sup>28.</sup>  
*forè labaris in lingua, & cadas in conspectu ini-*  
*micorum insidiantium tibi, & sic casus tuus in-*  
*sanabilis in mortem.*

PUNCTUM III.

**B**ona ex sensuum custodia provenientia. 1. <sup>1.</sup>  
Dum occluduntur sensus vanitatibus, ape- *Mortifi-*  
riuntur Deo, cui placet valde mortificatio illo- *sensuum*  
rum: fit enim anima *hortus conclusus*, in quo li- *bona.*  
benter diversatur sponsus, impletus Christi mo- *Mat. 6.6.*  
nitum. *Cum oraveris, intra in cubiculum tuum,*  
*& clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* 2. <sup>2.</sup>  
Qui sensibus rectè utitur, & ex Dei voluntate  
vicissim

*Ier. 3. 11.* vicissim per eos haurit, quo juvetur in spiritu,  
 & in Deum attollatur. Porro, sicut fons de eodem  
*foramine non manat dulcem & amaram aquam :*  
 ita non convenitur quibus sensibus benedicimus  
 Deum, iisdem abutamur ad illius offensam. 3.  
 Modestia lensuum & exteriorum motuum edificat mirum in modum intuentes, & ad viden-  
 dum proprius, quod intus est, allicit. *Modestia*  
*vestra*, inquit Paulus, *nota sit omnibus hominibus*  
 quippe ad exemplum conferens plurimum,  
 motivum autem addit, *Dominus enim prope est*.  
*Sic vos gerite*, ut qui in Dei præsentia versa-  
 mini. 4. Propria cuique sensui reddetur mer-  
 ces post resurrectionem, tanto delectabilior  
 præsenti jucunditate, ut operæ pretium sit mo-  
 dò sensus mortificare, ut illic satientur.

## MEDITATIO XXVII.

*Circa internas animæ potentias.*

## PUNCTUM PRIMUM.

1. *Peccata*  
*Intellege-*  
*rebus*  
 2.  
 3.

**P**eccata ex parte Intellectus 1. Ignorantia eo-  
 rum, quæ sunt creditu necessaria, vel quæ agi  
 debent, tum universè ab omnibus, tum ab uno  
 quoque speciatim, pro statu suo & officio. 2. In-  
 consideratio in agendo, non satis pensando,  
 quid licitum, aut illicitum sit. 3. Temeritas in ju-  
 dicando proximum, in quo sum injurius Deo,  
 cuius partem mihi assumo, de occultis censem-  
 do, deinde etiam proximo, quem inconsulte  
 damno. Quin mihi ipse noceo, quia permittit  
 Deus